



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

34. Puella à diabolicis molestiis liberatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

Et tunc tantisper ad quercum alligaverunt, dum de vitâ ejus inter se comitia haberent. Mercator interim NICOLAVM suum (talem eum quotidiano cultu fecerat) suppetias vocat. Et ecce præsens adest, vinculisque clientem suum absolvit. Hic verò non segnis prædones suos, quos profundo somno Divus sepe liberat, vicissim prædatur, recipitque equum, argentum, & bulgas suas. Securo deinde pede abit, & Deo, suoque Patrono gratias immortales agit.

Jam verò contra infernales animorum latrones vel solum ejus nomen pronuntiatum valuit. In ipso oppido *Toentino Iacomii* filia *Aldesta* erat. Fædus Genius impuros eam ludos quot noctibus faciebat; ad quietem eunti molesta potissimum, torum, & toralia, culcitam, stragulaque omnia sursum deorsum jactata mirè confundebat. Fuit denique, cum in lecto assidens, videret stygiis pennis ornatum volucrare monstrum, horrendo alarum plangore in fenestram involare, &

D 2 nidum

34.
Puella à
diabolicis
molestiis
liberatur.

nidum sibi in extremo cubili face-
re : illa D. NICOLAVM continuo
invocat, eaque voce fulminata in-
ferni noctua per notam sibi rimam
evolavit, emanfitque.

35.
Sancti-
monialis
ab obsi-
dione in-
fernali.

Virginum quoq; Cistertienfium
facrum afceterium, cui S. Lucia tu-
relaris est, in oppido *S. Genefii* caco-
dæmones oppidò infeflum habue-
runt. Sedè illic sibi in *Philippinâ* fan-
ctimoniali impuri hospites! eleg-
rant, & tenuerunt annos non minus
quinque. Miferandum in modû vi-
go interim afflicti : neque tantum
plagis cædi corpus crudelifsimè, fed
de mentis poteflate quoque dejici-
in ore illi Belial, aliaque Orci no-
mina efle, pluria denique horrendè
furere. Fortè quietis illi intervalla
dato, Divum NICOLAVM invocat
ei que in tutelam fe committit; de-
cernitque ligatis manibus pedibus
que nudis ad fepulcrum ejus pe-
reginari. Jam *Tolentinum* pervenit
& tumbam accedit : at verò con-
nuò Dæmones abfcedunt, & reli-
cto hospite atque hospitio, eleg-
runt potiùs ad tormenta ignefque
fuerunt